CLEMENS PAPA 12. AD FUTURAM REI MEMORIAM. ALIÀS NOS GENERALI DECRETO DUDÙM...

Clemens 12.>

Digitized by Google

Superiores, memorato ordine ſeruato cognitas, & definitas fuiſſe, ſub pœna nullitatis actorum, ac inde ſecutorum, & quoad Religioſos appellantes, vel recurrentes, ſub grauibus noſtro, & Romani Pontificis pro tempore paritèr exiſtentis arbitrio pœnis prohibuimus, & aliàs prout in Noſtris deſuper in ſimili forma Breuis die 15. menſis Septembris proximè præteriti expeditis literis, vberius continetur. Cum autem, ſicut Dilectus Filius Modernus Vicarius Generalis Congregationis Italiæ, & Germaniæ eiuſdem Ordinis Fratrum Eremitarum Sancti Auguſtini Diſcalceatorum Nobis nuper exponi fecit, ipſe pro quiete, & tranquillitate dictæ Congregationis, regulariſque diſciplinæ in ea conſeruatione literas noſtras præfatas ad Fratres Congregationis prædictæ, addita juxtà quaſdam rec. memor. Clementis PP. VIII. Prædeceſſoris itidem Noſtri in pari forma Breuis literas die 23. Nouembris 1604. emanatas, pœna priuationis vocis actiuæ, & paſſiuæ, eo ipſo per tranſgreſſores tam Superiores, quàm Subditos incurrenda, extendi, ac inſuper nè dicti Fratres reſcripta, ad totam Congregationem præfatam ſpectantia, abſque licentia Vicarij, & Definitorum Generalium pro tempore quoque exiſtentium eiuſdem Congregationis à Sede Apoſtolica procurare audeant, quemadmodum per Conſtitutiones ipſius Congregationis *part. 3. cap. 6 §. 2.*, cauetur, prohiberi ſummopere deſideret: Nobis propterea humilitèr ſupplicari fecit, quatenùs in præmiſſis opportunè prouidere, & vt infrà indulgere de benignitate Apoſtolica dignaremur: Nos igitur prædictum Vicarium Generalem ſpecialibus fauoribus, & gratijs proſequi volentes, & à quibuſuis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, alijſque Eccleſiaſticis ſententijs cenſuris, & pœnis à jure, vel ab homine quauis occaſione, vel cauſa latis; ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit, ad effectum præſentium tantùm conſequendum, harum ſerie abſoluentes, & abſolutum fore cenſentes, necnon literarum noſtrarum prædictarum tenorem, & alia quæcumque, etiam ſpecificam, & indiuiduam mentionem, & expreſſionem requirentia, præſentibus pro plenè, & ſufficientèr expreſſis habentes, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, ſupradictas noſtras literas, ac ſtatutum, & prohibitionem pro Fratribus Ordinis Eremitarum Sancti Auguſtini facta, ſicùt præmittitur ad Fratres Congregationis Italiæ, & Germaniæ eiuſdem Ordinis Diſcalceatorum, adeoùt in cauſis eorum appellationis, vel recurſus, ſimilitèr gradatim procedatur, nimirùm à Priore ad Prouincialem, & Definitorium Prouinciale, & ab his ad Vicarium Generalem, & Definitorium Generale, priuſquàm Sedes Apoſtolica adeatur, ſub pœna priuationis vocis actiuæ, & paſſiuæ per Fratres, & Superiores dictæ Congregationis, qui præmiſſis contrauenerint eo ipſo incurrenda authoritate Apoſtolica, tenore præſentium extendimus, & ampliamus: Cæterùm quoad procurantes reſcripta à Sede prædicta vniuerſam Congregationem præfatam concernentia ſinè licentia dictorum Vicarij, & Definitorum Generalium Conſtitutiones ipſius Congregationis ſeruari mandamus: Decernentes eaſdem præſentes literas ſemper firmas, validas, & effi-

efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac illis ad quos ſpectat, & pro tempore quandocumque ſpectabit pleniſſimè ſuffragari, & ab eis reſpectiuè inuiolabiliter obſeruari; ſicque in præmiſſis per quoſcumque Iudices Ordinarios, & Delegatos, etiam Cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecùs ſuper his à quoquam quauis authoritate ſcientèr, vel ignorantèr contigerit attentari. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, necnon præfatorum Ordinis, & Congregationis, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, Priuilegijs quoque, Indultis, & literis Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innouatis. Quibus omnibus, & ſingulis, illorum tenores præſentibus pro plenè, & ſufficientèr expreſſis, ac de verbo ad verbum inſertis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, ad præmiſſorum effectum, hac vice dumtaxàt ſpecialitèr, & expreſsè derogamus, cæteriſque contrarijs quibuſcumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem ſub annulo Piſcatoris die 7. Decembris 1733. Pontificatus Noſtri Anno Quarto.

F. Card. Oliuerius.

DECRETUM Definitorij Generalis interannualis celebrati in Conventu Jesu Mariæ de Urbe die 15. Januarij 1739.

Congregatis more ſolito Patribus Definitorij Generalis lectus fuit ſupplex Libellus à Reverendiſs. P. Vicario Generali præſentatus Summo Pontifici feliciter regnanti CLEMENTI XII. pro obſervantia Bullæ ab eodem emanatæ die 7. Decembris 1733. pro recurſu non faciendo per ſaltum, & ex Oraculo Sanctiſſimi vivæ vocis facto Eminentiſs. Protectori, reſcripſit ſequentia:

Die 9. Januarij 1739.

Ex Audientia Sanctiſſimi:

Sanctiſſimus mandavit ſervari Breve Sanctitatis Suæ

Joſeph Cardinalis Firraò.

Loco ✠ Sigilli.

Stante igitur ſupradicto reſcripto Reverendiſſimi Patres denuò confirmant Decretum conditum in Definitorio Capituli Generalis de anno 1734. pro eſecutione dicti Brevis Apoſtolici; Et præcipiunt omnibus, & ſingulis Religioſis tam Superioribus, quàm Subditis ſub pœna privationis vocis activæ, & paſſivæ ipſo

Digitized by Google

ipſo facto incurrenda, in dicto Brevi contenta, ut nullus audeat per ſaltum appellationes, & recurſus habere, ſed gradatìm procedendum, nimirum à Priore ad Provincialem, & Definitorium Provinciale, & ab his ad Reverendiſs. P. Vicarium Generalem, & Definitorium Generale, priuſquam Sedes Apoſtolica adeatur: Super quo primò Patres Definitorij Generalis ordinant, ut prædictæ literæ Apoſtolicæ per extenſum legi publicè debeant immediatè poſt lectionem Decretorum Clementis VIII. de reformatione Regularium Kalendis Martij faciendam quolibet anno, ſub pœna priuationis ab officio per duos menſes Prioribus, & Magiſtris infligenda. Secundo iuxtà declarationem factam in Definitorio Capituli Generalis ſecundum noſtras Conſtitutiones Par.4. Cap.10. num.3. iterùm mandant, quod ſi contra dictam prohibitionem fuerit factus recurſus à Fratribus Converſis, qui vocem non habent, ipſi Capucii privationem ipſo facto incurrent. Clerici verò privationem ad Ordines aſcendendi uſque ad diſpenſationem à Definitorio Generali obtinendam: Admonentes omnes, & ſingulos Religioſos, ut invigilent ſuper obſervantiam dictæ literæ Apoſtolicæ; Et ſi aliquis contra dictam prohibitionem recurſus per ſaltum attentare præſumpſerit, ultra pœnas deſignatas, tamquam aſpernator Brevis Apoſtolici talitèr punietur, quod timore pœnæ infligendæ, cæteri a ſimilibus abſtinebunt. Et ad hoc, ùt nullus ignorantiam hujus Decreti adducere poſſit, præcipiunt Provincialibus cujuſcumque Provinciæ, ut Copiam iſtius Decreti omnibus Conventibus tranſmittant, & a Prioribus exigant atteſtationem publicationis, & intimationis omnibus Religioſis factæ præſentis noſtræ Ordinationis; Et Supprior teneatur Converſis linguam Latinam ignorantibus, ſupradicti Brevis Apoſtolici ſenſum aperire.

F. Anaſtaſius à Sancta Thereſia Vicarius Generalis.

Loco ✠ Sigilli.

F. Arſenius à Sanctiſſima Trinitate Secret. Gen.

ROMÆ, M. DCC. XXXIX.
Ex Typhographia Rev. Cam. Apoſtolicæ.

Superiorum permiſſu.

Digitized by Google

ipſo facto incurrenda, in dicto Brevi contenta, ut nullus audeat per ſaltum appellationes, & recurſus habere, ſed gradatim procedendum, nimirum à Priore ad Provincialem, & Definitorium Provinciale, & ab his ad Reverendiſs. P.Vicarium Generalem, & Definitorium Generale, priuſquam Sedes Apoſtolica adeatur: Super quo primò Patres Definitorij Generalis ordinant, ut prædictæ literæ Apoſtolicæ per extenſum legi publicè debeant immediatè poſt lectionem Decretorum Clementis VIII. de reformatione Regularium Kalendis Martij faciendam quolibet anno, ſub pœna priuationis ab officio per duos menſes Prioribus, & Magiſtris infligenda. Secundo iuxtà declarationem factam in Definitorio Capituli Generalis ſecundum noſtras Conſtitutiones Par.4. Cap.10. num.3. iterùm mandant, quod ſi contra dictam prohibitionem fuerit factus recurſus à Fratribus Converſis, qui vocem non habent, ipſi Capucii privationem ipſo facto incurrent. Clerici verò privationem ad Ordines aſcendendi uſque ad diſpenſationem à Definitorio Generali obtinendam: Admonentes omnes, & ſingulos Religioſos, ut invigilent ſuper obſervantiam dictæ literæ Apoſtolicæ; Et ſi aliquis contra dictam prohibitionem recurſus per ſaltum attentare præſumpſerit, ultra pœnas deſignatas, tamquam aſpernator Brevis Apoſtolici talitèr punietur, quod timore pœnæ infligendæ, cæteri à ſimilibus abſtinebunt. Et ad hoc, ùt nullus ignorantiam hujus Decreti adducere poſſit, præcipiunt Provincialibus cujuſcumque Provinciæ, ut Copiam iſtius Decreti omnibus Conventibus tranſmittant, & a Prioribus exigant atteſtationem publicationis, & intimationis omnibus Religioſis factæ præſentis noſtræ Ordinationis; Et Supprior teneatur Converſis linguam Latinam ignorantibus, ſupradicti Brevis Apoſtolici ſenſum aperire,

F. Anaſtaſius à Sancta Thereſia Vicarius Generalis.

Loco ✠ Sigilli.

F. Arſenius à Sanctiſſima Trinitate Secret. Gen.

ROMÆ, M. DCC. XXXIX.
Ex Typhographia Rev. Cam. Apoſtolicæ.

Superiorum permiſſu.

Digitized by Google

ipſo facto incurrenda, in dicto Brevi contenta, ut nullus audeat per ſaltum appellationes, & recurſus habere, ſed gradatim procedendum, nimirum à Priore ad Provincialem, & Definitorium Provinciale, & ab his ad Reverendiſs. P. Vicarium Generalem, & Definitorium Generale, priuſquam Sedes Apoſtolica adeatur: Super quo primò Patres Definitorij Generalis ordinant, ut prædictæ literæ Apoſtolicæ per extenſum legi publicè debeant immediatè poſt lectionem Decretorum Clementis VIII. de reformatione Regularium Kalendis Martij faciendam quolibet anno, ſub pœna priuationis ab officio per duos menſes Prioribus, & Magiſtris infligenda. Secundo iuxtà declarationem factam in Definitorio Capituli Generalis ſecundum noſtras Conſtitutiones Par.4. Cap.10. num.3. iterùm mandant, quod ſi contra dictam prohibitionem fuerit factus recurſus à Fratribus Converſis, qui vocem non habent, ipſi Capucii privationem ipſo facto incurrent. Clerici verò privationem ad Ordines aſcendendi uſque ad diſpenſationem à Definitorio Generali obtinendam: Admonentes omnes, & ſingulos Religioſos, ut invigilent ſuper obſervantiam dictæ literæ Apoſtolicæ; Et ſi aliquis contra dictam prohibitionem recurſus per ſaltum attentare præſumpſerit, ultra pœnas deſignatas, tamquam aſpernator Brevis Apoſtolici talitèr punietur, quod timore pœnæ infligendæ, cæteri à ſimilibus abſtinebunt. Et ad hoc, ùt nullus ignorantiam hujus Decreti adducere poſſit, præcipiunt Provincialibus cujuſcumque Provinciæ, ut Copiam iſtius Decreti omnibus Conventibus tranſmittant, & a Prioribus exigant atteſtationem publicationis, & intimationis omnibus Religioſis factæ præſentis noſtræ Ordinationis; Et Supprior teneatur Converſis linguam Latinam ignorantibus, ſupradicti Brevis Apoſtolici ſenſum aperire.

F. Anaſtaſius à Sancta Thereſia Vicarius Generalis.

Loco ✠ Sigilli.

F. Arſenius à Sanctiſſima Trinitate Secret. Gen.

ROMÆ, M. DCC. XXXIX.
Ex Typhographia Rev. Cam. Apoſtolicæ.

Superiorum permiſſu.

Digitized by Google